MASTER NEGATIVE NO. 91-80066-6

AUTHOR:
HOFFMANN, OTTO ADALBERT
TITLE:
IMPERATORIS TITI TEMPORIBUS RECTE...
PLACE:
MARPURGI
DATE:
1883


Master Negative #

91-80066-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


874
Z8
v.7

Hoffmann, Otto Adalbert, 1858-
De imperatoris Titi temporibus recte definiendis... Marpurgi, aedibus N. G. Elwerti, 1883.
34 p. 22½ cm.

Thesis, Strassburg.

Volume of pamphlets

149333

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-25-91 INITIALS V.W.D.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202








Centimeter



Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
IMPERATORIS TITI TEMPORIBUS
RECTE DEFINIENDIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE ACADEMIAE
WILHELMAE ARGENTINENSIS RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

OTTO ADALB. HOFFMANNUS,
SAXO-BORUSSUS.

MARPURGI.
AEDIBUS N. G. ELWERTI.
MDCCCLXXXIII.

PATRI CARISSIMO

I.

Quamquam et nostra aetate et prioribus temporibus complures viri docti de vitis imperatorum e gente Flavia ortorum scripserunt, tamen negari non potest in iis maxime, quae ad temporum ordinem definiendum pertinent, multa superesse rectius enucleanda. Hanc igitur disputationem ad eum finem instituimus, ut quaestionibus quibusdam dubiis pertractandis nonnulla ad Titi rerum gestarum ordinem stabiliendum conferamus.

Ac primum quidem annus, quo Titus natus est, in dubitationem vocatur, quare operae pretium videtur de eo fusius disserere. Quamquam dies natalis qui fuerit inter omnes constat: nam quod Suetonius in vita Titi (II. 1) expressis verbis dicit eum natum esse a. d. III. kal. Ianuarias, idem testimoniis Dionis Cassii (lib. LXVI, 18) et Philostrati in vita Apollonii Tyanensis (VI. 30) comprobatur, ut infra demonstrabimus.

Difficilius est demonstrare, quo anno imperator Titus natus sit, propterea quod veterum testimonia de ea re haudquaquam inter se consentire videntur. Atque Suetonius in vita Titi c. 1, tradit eum natum esse »insigni anno Gaiana nece«, id est anno p. Chr. 41: item Aurelius Victor in Caesarum cap. X, ubi eum mortuum fert anno aetatis quadragesimo, si quidem Titus anno 81 mortuus est (cf. Dio LXVI, 18 eiusdemque epitomator Zonaras XI. 18), annum p. Chr. 41 natalem Titi significat. Atqui idem Suetonius (Tit. c. 11) Titum anno aetatis non quadragesimo, sed quadragesimo secundo mortuum esse refert: »excessit Titus id. Septembris, post biennium ac

menses duos diesque viginti quam patri successerat, altero et quadragesimo aetatis anno«. Quibus verbis cum Suetonius annum natalem non 41, sed 39 spectare videatur, differentia duorum annorum efficitur. Eodem ducit Dio Cassius quoque (l. LXVI, 18), cum dicat Titum post mortem patris duos annos duos menses viginti dies vixisse, *ἐπ᾽ ἔτεσιν ἐννέα καὶ τριάκοντα καὶ μησὶ πέντε καὶ ἡμέραις πέντε καὶ εἴκοσι*, quae verba secundum leges grammaticas hanc unam interpretationem admittunt, Titum, cum solus imperator fieret, annos undequadraginta menses quinque diesque viginti quinque natum fuisse: neque enim praepositio »*ἐπί*« conjuncta cum dativo aliud significat, nisi duos annos duos menses dies viginti undequadraginta annis mensibus quinque diebus quinque et viginti addendos esse.

Idem confirmat Eutropius VII, 22: per haec inusitato favore dilectus morbo periit in ea, qua pater, villa post biennium, menses octo (fortasse librariorum mendum, pro duo) dies viginti, quam imperator erat factus, aetatis anno altero et quadragesimo. Denique Aurelii Victoris epit X, 15 exhibet: »vixit annos quadraginta unum«, mensium dierumque numeris sine dubio consulto omissis; Titum igitur a. d. III, kal. Ian. a. p. Chr. 39 natum vult.

Nec Philostratus in vita Apoll. Tyan. VI, 30 aliter iudicare videtur, cum eo loco Titum dixisse tradat: »*ἐγὼ δὲ ἔτη μὲν τριάκοντα ταυτὶ γέγονα*« (scil. a. d. III. kal. Ian. a. 70) »equidem hunc annum trigesimum explevi«. Quae verba, sicut ex ipso nexu sententiarum apparet, nullo alio tempore pronuntiata esse possunt, nisi ante finem mensis Decembris anni p. Chr. 70; nam a. d. III. kal. Ianuarias a. 70 Titus annum aetatis trigesimum primum confecit. Cum autem Titus illa verba Tarsi pronuntiavisse dicatur, qui iam a. d. XV. kal. Decembres Beryti moratus est (vid. Iosephi bell. Iudaic. VII, 2, 3; Clinton fast. Rom. I, p. 66), vix dubium videtur quin illud colloquium cum Apollonio Tyanensi iam anno p. Chr. 70, et ante diem 30. Decembris quidem, habitum sit.

Videmus igitur duo testimonia inter se plane repugnare ita, ut alterutrum falsum esse putandum sit. Neque difficile erit demonstrare prius illud Suetonii testimonium, secundum quod Titus anno 41 natus esse fertur, quod Aurelius Victor in Caesaribus inconsulto secutus esse videtur, reiiciendum esse. Quod testimonium cum per se parum firmetur tum protinus intellegemus, quo modo Suetonius ad illum errorem perductus sit. — Proprium enim illius rerum scriptoris est, ut imperatorum in vitis describendis fata resque gestas conectat cum eorum qui praecesserunt fatis rebusque gestis, qua consuetudine facile errores procreantur. Id quod hoc loco accidit. Loquitur enim Suetonius de Britannico, filio imperatoris Claudii, quem sciebat una cum Tito educatum esse, vid. Suet. Tit. c. 2: »educatus in aula cum Britannico simul, ac paribus disciplinis et apud eosdem magistros institutus«. Unde temere coniecturam cepit duos pueros eiusdem aetatis fuisse; atque cum Britannicus die vigesimo imperii Claudii, id est id. Februariis anni 41 natus esset, etiam diem natalem Titi eidem anno, quo Caligula interemptus est, tribuit. Idem autem altero loco (Tit. c. 11) Titi curriculum vitae et annum natalem recte definivit. Est igitur hic Suetonii error ex synchronismi quodam genere repetendus, cuius apud veteres et Romanos et Graecos permulta exempla sunt.

Ceterum qua ratione Suetonius annum, quo quisque imperator natus vel mortuus sit, circumscribere soleat, pauca testimonia ad probandum sufficiant: Suet. Tiber. c. 5: natus est Romae — post bellum Philippense«.

Suet. Claud. c. 2: Claudius natus est Kal. Aug. Lugduni, eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est.

Suet. Ner. c. 6: Nero natus est Antii post nono mense, quam Tiberius excessit.

Suet. Ner. c. 57: obiit tricesimo et secundo aetatis anno, die, quo quondam Octaviam interemerat.

Suet. Vesp. c. 2: Vespasianus natus est in Sabinis — quinquennio antequam Augustus excederet.

Suet. Titus c. 1: natus est III. kal. Ian. insigni anno Gaiana nece.
Suet. Tit. c. 11: excessit id. Septembris, post biennium etc, quam successerat patri.
Suet. Domit. c. 1: Domitianus natus est IX. kal. Nov. patre consule designato inituroque mense insequenti honorem.

Quorum in exemplorum numerum etiam haec referenda sunt: Suet. de grammat. c. 2: Crates Mallotes, qui — sub ipsam Ennii mortem — crus fregisset — inter secundum et tertium bellum Punicum.

II.

Altera est quaestio, quam mihi accuratius explicandam proposui, de mensium ratione atque notatione, qua Flavius Iosephus in libris de bello Iudaico utitur. Constat enim in libris illis Graeca mensium nomina exhiberi, de quibus iam antiquitus inter viros doctos dissensio fuit. Alii enim, in quibus Scaliger (lib. V de emendat. temp. pag. 444), Baronius (in annal. ad annum p. Chr. 72), Usherius (tom. 2 annal. ad a. Chr. 70), quorum auctoritatem multi ex recentioribus sequuntur, apud Iosephum menses solares intellegunt illos, qui in Syria provincia Romana in usu erant; quos dierum numero aequiparasse menses Iulianos constat. vid. Ideler, technische chronologie tom. I, p. 430. Alii, in quibus Petavius et imprimis Norisius (annus et epochae Syromacedonum in vetustis urbium Syriae nummis expositae, dissert. I, c. 3, p. 44 ss.), quem praeter alios Idelerus sequitur, putant ab Iosepho menses suorum popularium intellegi; eorundemque mensium nomina Hebraica in Graecum sermonem translata esse. Quam sententiam illi viri docti cum doctrina subtili ita comprobare conantur, ut praecipue nonnulla exempla mensium inter se comparatorum premant, quibus Iosephum ipsum diserte affirmare dicant, rationem mensium dierumque suorum nisi ad veteres Iudaicas epochas referri non posse. Inde et regulis astronomicis et kalendariis antiquis, de quorum auctoritate non dubitant, in usum vocatis dies, quos existimant ad Hebraicam anni descriptionem pertinere, computando ad Iulianam Romanorum transferunt. Quod ut

exemplis demonstrem, eiusmodi comparationes, unde Norisius et ii, qui ab eius partibus stant, gravissima argumenta repetunt leguntur in B. Iud. VI, 4,5: *»παρῆν δὲ — ἐνεπρήσθη«*
V, 3,1: *»καὶ τῆς τῶν ἀζύμων — Αἰγυπτίων«*
E quibus hoc modo concludunt: cum templum a Nebucadnezare die X. mensis Ab deletum sit (Jeremiae cap. 52, 12), secundum Josephi testimonium (VI, 4,5) autem templum a Tito eodem die, nempe die X. mensis Loi incensum sit, porro cum anno p. Chr. 70 dies X. Ab in diem X. mensis Syromacedonici vel Iuliani Loi non inciderit, sequitur ut Iosephus mensem Loum intellegat mensem Hebraeorum Ab kalendario scilicet Hebraico, non Iuliano, usus.

Qualis conclusio quam sit fallax, neminem fugiet, qui memoria teneat quam indiligenter, ne dicam leviter veteres rerum scriptores in libris suis tempora definire soliti sint. Nimirum saepissime factum est, ut ea, quae multis saeculis ante acciderint, inconsulte secundum ipsorum temporum kalendaria describerent, quamvis ea a priorum temporum ratione valde discreparent.

Cuius rei exempla nonnulla luculenta afferre mihi liceat: Plutarchus in vitae Caesaris c. 56 dicit Caesarem bellum contra Pompeium eiusdemque filios pugna apud Mundam commissa finivisse, quod proelium Liberalibus, i. e. a. d. XVI. kal. Apriles anni 45 factum sit; sed eodem die scil. anni 49 etiam Pompeium ad bellum profectum esse -- qui quidem a. d. XVI. kal. Apriles a. 49 Brundisii navem conscendit — bellum igitur quattuor iustos annos tenuisse: *»διὰ μέσου δὲ χρόνος τεσσάρων ἐνιαυτῶν διῆλθε«*. Qua in re Plutarchus aut oblitus est aut consulto praeteriit e fastis anni 46 C. Iulium Caesarem sexaginta dies eiecisse; Pompeius igitur re vera non a. d. XVI. kal. Apriles, sed mense Ianuario in Graeciam profectus est. —

Dionysius Halicarnassensis, qui circa annum 30 a. Chr. demum Romam venit itaque libros suos conscripsit, postquam Caesar fastos correxit, in arch. Rom I, 32 tradit Lupercalia celebrari mense Februario post solstitium brumale; idem I, 38:

idus Maias paullo post aequinoctium vernum esse. Hoc quoque loco eandem veterum scriptorum consuetudinem cognoscimus: Dionysius enim illam adnotationem e fontibus vetustioribus temere in librum suum recepit, neque eam secundum fastos anni Iuliani, qui inde ab anno 46 p. Chr. in usum venerunt, correxit.

In eodem errore Appianus in belli civilis libris versatur, cum ea quae ante annum p. Chr. 46 facta sint, mensibus diebusque anni Iuliani definiat; Appiani autem temporibus annus Iulianus iam plus quam centum quinquaginta annos in usu erat! Quamquam non est quod in eiusmodi erroribus hominum veterum offendamus, qui quidem ex neglegentia illa repetendi sint, quae apud illos in temporibus definiendis longe lateque patet.

Atque sine dubio etiam Iosephus illis duobus locis in hunc errorem incidit, id quod priore potissimum loco (VI, 4, 5) facile fieri potuisse nemo negabit: ubi auctori Iudaico cum ex aliis causis, tum ex synchronismorum qui dicuntur studio proclivis error erat. Quae sententia quam vera sit ex alio loco (IV, 11, 4) apparet, ubi Iosephus tradit Vitellium necatum esse »*τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου*«. Vitellius autem die XXII. Decembris periit (Tacit. hist. III, 67: »XV. kal. Ianuarias etc.« Clinton F. R. I. p. 56), vel, si dies imperii, quos Iosephus commemoravit (IV, 11, 4), computamus, die Decembris XX.

Quum vero dies III. mensis Apellaei neque in diem XX. Decembris Iuliani neque in diem XX. mensis Hebraici Kislev inciderit, contigit Norisio ut insigni cum sagacitate hunc tertium diem Apellaei Tyriorum tertium diem Decembris agnosceret; qui mensis initium capiebat a die XVIII. Decembris Iuliani (cf. Noris. ib. dissert. I, 3, 61).

Itaque non tam verisimile quam certum videtur Iosephum, cum illo loco e fonte quodam Phoenico hauriret, eum numerum inconsulte recepisse nec secundum ipsius fastorum computandorum rationem mutavisse. —

Eadem autem ratione etiam alter ille locus (V, 3, 1): »*τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς κ. τ. λ.*« facile et opportune explicatur: neque enim Iosephus ipse testis illius templi expugnationis fuit, quum captivus in castris Romanis moraretur. Unde efficitur, ea, quae intra moenia Hierosolymorum acciderint, nisi per Iudaeos, qui rebus interessent, postea Iosepho nuntiata esse non posse. Vix igitur dubium videtur, quin dies XIV. Xanthici hoc loco dies XIV. mensis Iudaici Nisan, non Aprilis Iuliani, intellegendus sit. Iosephus inanem laborem numerorum corrigendorum suscipere noluit.

In his autem locis paucis, qui, ut ait Idelerus, dubitationem nullam relinquunt, quin Iosephus suorum popularium fastis usus sit, summa vis argumentationis Norisii cardinalis posita est. Quae praeterea ab eodem et qui eum sequuntur allata sunt, fere eodem iure in sententiam contrariam: fastos Iosephi Iulianos esse, vocari possunt. Sed antequam ad hanc sententiam comprobandam nostra argumenta afferamus, ab eo quod propositum est non abhorrebit omnes illos locos enumerare, qui in libris Iosephi ad nostram quaestionem pertineant. Quorum conspectus hic est:

Bell. Iud. II, 14, 4: *Ἀρτεμισίου μηνός.*
» 15, 2: *ταῦτα μὲν οὖν ἑκκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἀρτεμισίου συνέβη.*
ib: *τῇ δὲ ἐπιούσῃ κ. τ. λ.*
» 17, 5: *ἑπτὰ μὲν οὖν ἡμέραις.*
» 17, 6: *τῇ δέ ἑξῆς.*
» 17, 7: *τῇ δὲ ἑξῆς, πεντεκαιδεκάτῃ δὲ ἦν Λώου μηνός.*
» 17, 8: *ταῦτα μὲν οὖν ἕκτῃ Γορπιαίου μηνός ἐπράχθη.*
» 17,10: *καὶ γὰρ δή σαββάτῳ συνέβη πραχθῆναι τὸν φόνον.*
» 18, 1: *τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρας.*
II, 18, 3: *δύο μὲν ἡμέρας ἠρέμησαν οἱ Σκυθοπολῖται.*
ib: *τῇ δὲ τρίτῃ νυκτὶ — ἀπέσφαξαν.*
II, 19, 4: *τρισὶ μὲν ἡμέραις οὐκ ἐπεχείρει τῇ πόλει.*
ib: *τῇ τετάρτῃ δὲ, ἥτις ἦν τριακὰς Ὑπερβερεταίου μηνός, κ. τ. λ.*
ib: *κατ᾽ αὐτὴν ἐκείνην τὴν ὥραν.*

II, 19, 5: πέντε μὲν οὖν ἡμέραις πάντοθεν ἐπιχειροῦσι τοῖς Ῥωμαίοις ἀμήχανος ἦν ἡ προσβολή.
ib: τῇ δὲ ἐπιούσῃ.
II, 19, 7: τῇ δὲ ἐπιούσῃ
ib: ἔνθα δύο μὲν ἡμέρας ἐπέμεινεν ὁ Κέστιος.
ib: τῇ τρίτῃ δέ.
II, 19, 9: ἕωθεν δὲ Ιουδαῖοι.
ib: ὁ δὲ τῆς νυκτός.
ib: μεθ' ἡμέραν.
ib: Δίου μηνὸς ὀγδόῃ, δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας.
III, 7, 3: οἱ μὲν οὖν τέσσαρσιν ἡμέραις ἐξειργάσαντο.
» ib: τῇ πέμπτῃ δὲ ὁ Ἰώσηπος, αὕτη δὲ ἦν Ἀρτεμισίου μηνὸς εἰκοστὴ πρώτη, κ. τ. λ.
» 7, 4: αὐτὸς δὲ μετὰ μίαν ἡμέραν.
» 7, 5: γενομένης δὲ μεθ' ἡμέραν προσβολῆς.
» ib: παραταξάμενοι δὲ δί ὅλης ἡμέρας.
» 7, 6: τῇ δὲ ὑστεραίᾳ.
» 7, 17: τῇ δὲ ἑξῆς ὁμοίως, καὶ τῇ τρίτῃ
» 7, 22: περὶ δὲ δείλην.
» 7, 24: ὑπὸ δὲ τὴν ἕω Οὐεσπασιανός κ. τ. λ.
» 7, 29: εἰκάδι μὲν οὖν
» 7, 31: κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς ἡμέρας Οὐεσπασιανός κ.τ.λ.
» ib: πέμπτῃ καὶ εἰκάδι Δαισίου μηνός.
» 7, 32: Δαισίου μηνὸς εἰκάδι καὶ ἑβδόμῃ ἐπράχθη.
» 7, 33: τεσσαρακοστῇ μὲν ἡμέρᾳ καὶ ἑβδόμῃ τὰ χώματα κ. τ. λ.
» 7, 34: κατὰ δὲ τὴν μηνυθεῖσαν ὥραν.
» 7, 36: κατ' ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν
ib: ταῖς δὲ ἐπιούσαις.
ib: τρισκαιδεκάτῳ τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας ἔτει, Πανέμου νουμηνίᾳ.
» 8, 1: δύο μὲν οὖν ἡμέρας — τῇ δὲ τρίτῃ
» 9, 1: τετάρτῃ δὲ Πανέμου μηνός.
» 9, 7: ἔνθα μέχρι μὲν ἡμερῶν εἴκοσι τὴν στρατιάν κ. τ. λ.

III, 9, 7: καὶ μεθ' ἡμέραν Οὐεσπασιανός κ. τ. λ.
» 10, 6: τῇ δὲ ὑστεραίᾳ
» 10,10: ἑάλωσαν δὲ Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ.

IV, 1, 9: μέχρι δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι μηνὸς Ὑπερβερεταίου κ. τ. λ.
» 1,10: τρίτῃ καὶ εἰκάδι μηνὸς Ὑπερβερεταίου Γάμαλα ἑάλω, τῆς ἀποστάσεως ἀρξαμένης Γορπιαίου μηνὸς τετάρτῃ καὶ εἰκάδι.
IV, 2, 3: δεῖν μέντοι τὴν ἡμέραν αὐτὸν ἐκείνην — ἑβδομὰς γὰρ ἦν — κ. τ. λ.
» 2, 5: Τίτος δὲ μεθ' ἡμέραν κ. τ. λ.
» 7, 3: τετάρτῃ Δύστρου μηνός.
» 8, 1: ἐν δὲ τούτῳ τὸ περὶ τὴν Γαλατίαν ἀγγέλλεται κίνημα, καί Οὐΐνδιξ κ. τ. λ.
ib: ἔνθα δυσὶν ἡμέραις — τῇ τρίτῃ προῄει.
ib: δευτέρᾳ Δαισίου μηνὸς — τῇ δὲ ἑξῆς
» 9,12: Ξανθικῷ μηνί.
» 11, 4: μεθ' ἡμέραν — καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν — τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου — τῇ δὲ ὑστεραίᾳ
» 11, 5: δεύτερος αὐτῷ σταθμός — καὶ τρίτος Πηλούσιον — δυσὶ δὲ ἡμέραις — τῇ τρίτῃ — σταθμὸν ἕνα — τῇ δὲ ὑστεραίᾳ — σταθμὸν τέταρτον — τὸ πέμπτον.

V, 2, 3: μεθ' ἡμέραν ἐκεῖθεν ἄρας.
» 3, 1: τῆς τῶν ἀζύμων ἐνστάσης ἡμέρας, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνός.
» 4, 5: τέσσαρσι δὲ ἡμέραις. —
» 7, 1: τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτί κ. τ. λ.
» 7, 2: πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, ἑβδόμη δ' ἦν Ἀρτεμισίου μηνός.
» 8, 1: ἡμέρᾳ πέμπτῃ μετὰ τὸ πρῶτον.
» 8, 2: τρισὶ μὲν ἀντεῖχον ἡμέραις — τῇ τετάρτῃ δέ.
» 9, 2: τέσσαρσι μὲν οὖν ἡμέραις.

V, 11, 4: *δωδεκάτῃ μηνὸς Ἀρτεμισίου — ἐννάτῃ καὶ εἰκάδι — τοῖς δεκαεπτὰ συνεχῶς πονουμένων ἡμέραις. —*
» 11, 5: *μετὰ δὲ ἡμέρας δύο.*
» 12, 2: *τρισὶ δ'ᾠκοδομήθη τὸ πᾶν ἡμέραις.*
» 13, 7: *τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνὸς, ἄχρι Πανέμου νουμηνίας.*

VI, 1, 1: *τὰ χώματα διήγειραν μιᾷ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις.*
» 1, 3: *νουμηνίᾳ Πανέμου μηνὸς ἡ ἐπιχείρησις ἦν.*
» 1, 6: *τρίτῃ Πανέμου μηνός.*
» 1, 7: *μετὰ δὲ ἡμέρας δύο.*
» 2, 1: *Πανέμου δ'ἦν ἑπτακαιδεκάτῃ τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον.*
» 2, 7: *ἡμέραις ἑπτὰ καταστρεψαμένη τοὺς τῆς Ἀντωνίας θεμελίους.*
» 2, 8: *μετὰ μίαν ἡμέραν.*
» 2, 9: *μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, τετάρτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ προειρημένου μηνός.*
» 3, 1: *καὶ τοῦ προειρημένου μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι.*
» 3, 2: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ.*
» 4, 4: *κατ' ἐκείνην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν — τῇ δὲ ἐπιούσῃ — περὶ πέμπτην τῆς ἡμέρας ὥραν.*
» 4, 5: *τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ.*
» 4, 1: *Λώου μηνὸς ὀγδόῃ — ἓξ ἡμέραις.*
» 4, 2: *ἐκείνην μὲν οὖν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα.*
» 4, 3: *τῇ δ' ἐπιούσῃ Τίτος κ. τ. λ.*
» 4, 5: *τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὑπὸ τὴν ἕω.*
» 4, 5: *ἡμέρᾳ δεκάτῃ Λώου μηνός.*
» 4, 8: *καὶ μῆνα γοῦν καὶ ἡμέραν ἐπετέρησε τὴν αὐτὴν, ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Βαβυλωνίων ἐνεπρήσθη. Καὶ ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης κτίσεως μέχρι τῆς νῦν ἀναιρέσεως, ἣ γέγονεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ἔτη συνάγεται χίλια ἑκατὸν τριάκοντα, πρὸς δὲ μῆνες ἑπτὰ καὶ πεντεκαίδεκα ἡμέραι. Ἀπὸ δὲ τῆς ὕστερον, ἣν ἔτει δευτέρῳ*

Κύρου βασιλεύοντος ἐποιήσατο Ἀγγαῖος, ἔτη μέχρι τῆς ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ ἁλώσεως τριάκοντα ἐννέα πρὸς ἑξακοσίοις, καὶ ἡμέραι τεσσαράκοντα πέντε.

VI, 5, 3: *ἀθροιζομένου τοῦ λαοῦ πρός τὴν τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν, ὀγδόῃ δ'ἦν Ξανθικοῦ μηνὸς, κατὰ νυκτὸς ἐννάτην ὥραν.*
» 6, 1: *πέμπτῃ δὲ ἡμέρᾳ.*
» 6, 3: *οἱ δ' ἐκείνην μέν ἐπέσχον τὴν ἡμέραν, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κ. τ. λ.*
» 6, 4: *κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν.*
» 7, 2: *τῇ δὲ ἑξῆς*
» 8, 1: *Λώου μηνὸς εἰκάδι.*
» 8, 4: *συντετελεσμένων δὲ ἤδη καὶ τῶν χωμάτων ἑβδόμῃ Γορπιαίου μηνὸς, ἐν ὀκτωκαίδεκα ἡμέραις. —*
» 8, 5: *ἡμέρα Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ.*
» 10, 1: *Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ.*

VII, 1, 3: *τρεῖς ἡμέρας συνεορτάσας.*
» 5, 4: *περὶ αὐτὴν ἀρχομένην ἤδη τὴν ἕω.*
» 5, 6: *ταύτην γὰρ τὴν ἡμέραν.*
» 9, 1: *πεντεκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνός.*

Hi sunt loci quibus Iosephus certos dies appellat; in quo quin kalendario Syromacedonico, id est Juliano utatur, vix dubium relinquetur, ubi haec respexerimus:

Libros de bello Iudaico quales ad nos pervenerunt non Iudaeis hominibus, sed Romanis et Graecis scriptos esse ex ipsis verbis Iosephi apparet: bell. Iud. prooem. § 1: »*προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀφηγήσασθαι*« ib. § 2: *ἄτοπον οὖν ἡγησάμην ἀγνοεῖν Ἕλληνας ταῦτα καὶ Ῥωμαίων τοὺς μὴ ἐπιστρατευσαμένους.* ib. § 5: *κἀγὼ μὲν ἀναλώμασι καὶ πόνοις ἀλλόφυλος ὢν Ἕλλησί τε καὶ Ῥωμαίοις τὴν μνήμην τῶν κατορθωμάτων ἀνατίθημι.*« Cum igitur libri in usum et cognitionem Romanorum eidemque adeo iussu et mandatu Titi Romanorum imperatoris conscripti sint, (vid. Ios. vit. c. 65: *Τίτος χαράξας*

τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιῶσαι προσέταξεν), an credamus Iosephum in iis kalendario usum esse, quod praeter sacerdotes Iudaeos nemo fortasse neque Romanorum, neque Graecorum intellegeret?

Quae cogitatio ipsa absurdior videtur, quam quae probabilis habeatur. Cur porro auctor mensibus Iudaicis nomina Graeca eademque mensium Syro-Macedonicorum daret, quae in finitimis provinciis Romanis nota et in usu essent, sed in eis spatia temporum prorsus alia significarent, ita ut errores vitari vix possent?

Sed res etiam dilucidius demonstrari potest:

Menses Hebraicos constat accommodatos fuisse cursui, lunari, solari Iulianos, quorum illi modo undetriginta, modo triginta dies complectebantur, hi modo triginta, modo triginta unum.

Iosephum autem menses solares intellegere et re vera menses triginta unius dierum apud eundem commemorari ex his quae sequuntur apparebit:

Galba imperator fuit inde ab a. d. V. id. Iun. usque ad a. d. XVIII. kal. Febr. 69. (vid Tacit hist. I, 27—41: »XVIII. kal. Febr. sacrificanti etc.« Plut. Galb. c. 24: »πρὸ δεκαοκτῶν καλανδῶν Φεβρουαρίων«. Dio Cassius LXVI, 17: κἀκ τούτου συμβαίνει ἐνιαυτόν τε καὶ εἴκοσιν ἡμέρας, ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τῆς τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς, διελθεῖν. Clinton, F. R. I, p. 51/52. et 64.

Regnavit igitur Galba dies 221.

Iosephus (ib. IV, 9, 2) eum regnasse dicit menses 7 totidemque dies, id quod cum Taciti et Plutarchi ratione accurate congruit, hoc modo:

221 dies si numero 30 (tot enim dies mensis Iulianus fere complectitur) dividimus, menses 7 et dies 11 efficiuntur. Quattuor autem eorum mensium per quos Galba imperavit: Iulio, Augusto, Octobri, Decembri dies triceni singuli tribuendi sunt, non triceni. Itaque si hos quattuor dies de illis undecim detrahimus, Galba secundum Iosephi quoque testimonium dies 221 imperavit; unde sequitur Iosephum non e lunaribus, sed solaribus mensibus

tempus vitae imperatoris Galbae computavisse; quod ni ita esset, fieri non posset, quin numerus dierum, quos praeter menses septem commemorat, maior esset, quam 7, quum mensis lunaris fere non 30, sed 29 dies complectatur. — Deinde testibus Suetonio (Oth. c. 11) et Eutropio (VII, 17) Otho imperavit dies 95; Theophilo (ad Autol. III, 27) et Cassiodoro (Crameri anecd. Paris. II, p. 26) menses 3 et dies 5, Iosepho autem menses 3 et dies 2. (ib. IV, 9, 9.) Hoc quoque loco, si Iosephum ratione lunari uti sumeremus, si non maiorem, at certe parem numerum dierum exspectaremus, quam quem reliqui scriptores praeter menses illos tres commemorant, etiam si Iosephus primum imperii Othonis diem in rationem non comprehendisset (vid. Tacit. hist. I, 47: »exacto per scelera die novissimum malorum fuit laetitiae. Vocat senatum praetor urbanus — decernitur Othoni tribunicia potestas seqq.«) —

Praeterea Vitellium Iosephus menses 8 et dies 5 imperasse tradidit, (ib. IV, 11, 4) Othonem menses 3 et dies 2; quae si computamus, menses 11 et dies 2 efficiuntur, per quos Otho et Vitellius imperaverunt.

Galba autem interiit a. d. XVIII. kal. Febr. anni 69 (Tacit. hist. I, 47.), et a. d. XII. kal. Ian. eiusdem anni Vitellius dignitatem imperatoriam iam deposuerat (Tacit. hist. III, 67: XV. kal. Ianuar. — pullo amictu etc.). Quodsi illos 11 menses et 7 dies ad diem XV. Ianuarii addimus, dies postremus imperii Vitelliani fuit a. d. XII. aut XI. kal. Ianuarias.

Quamquam huic rationi ea res aliqua ex parte repugnare videtur, quod Vitellius teste Iosepho a. d. XIII. kal. Ian. periisse dicitur (ib. IV, 14, 4: τρίτῃ Ἀπελλαίου μηνός; Noris. epoch. Syrom. dissert. I, c. 3, p. 61.); nec tamen haec differentia unius vel duorum dierum impedit, quominus ne hoc quidem loco de lunaribus mensibus agi statuamus, sed e numero mensium et imprimis dierum fastos Iulianos usurpari intellegamus. Nam spatium temporis, quod intercedit inter diem XV. Ianuarii et XXI. Decembris est undecim mensium et 7 dierum, adhibito ad hanc rationem kalendario Iuliano, non lunari Hebraico. —

De Neronis temporis imperii computo, quem Iosephus init, hoc unum contendi potest, cum aliis auctoribus, qui in ea re fastis Iulianis utantur, in mensium dierumque summa conspirare Iosephum:

Teste Dione Cassio (LXIII, 29) Nero imperavit annos 13 et menses 8.

Teste Zonara (XI, 13) Nero imperavit annos 13 et menses 8 diebus 2 deficientibus.

Teste Iosepho (IV, 9, 2) Nero imperavit annos 13 et dies 8; neque tamen dubium est, quin vocabulum, »ἡμέρας« mendum sit, et Iosephus pro »ἡμέρας« scripserit »μῆνας«. —

Denique tota controversia diiudicabitur, ita ut Iosephum kalendario Syromacedonico vel Iuliano uti appareat, ubi haec consideraverimus, quae omnes illos viros doctos, qui de mensibus Iosephi egerunt, fugerunt:

Si diligentius inquiremus, quibus intervallis Iosephus singulorum dierum notas narrationi inserat, facile cognoscemus certum ordinem per universos septem libros nequaquam esse servatum, sed passim a Iosepho dies accurate notari ita ut in certis operis partibus notae cumulentur. Quae quidem in libri alterius capitibus quinque non ad plures 5 vel 6 mensibus pertinent, in tribus capitibus libri tertii ad tempus, quod intercedit inter Artemisium et Gorpiaeum, i. e. vix menses tres et dimidium. Per librum quartum aequabilioribus intervallis, sed rarius distributae sunt; in libro quinto tres menses et dimidium complectuntur: a medio mense Dystro usque ad primum diem Panemi; in libro sexto menses duos et tertiam partem, a primo die Panemi usque ad octavum Gorpiaei; in toto libro septimo unus dies accurate definitur i. e. quintus decimus Xanthici (VII, 9, 1.)

Duo menses anni Syromacedonici, Audynaeus et Peritius, qui Ianuario et Februario anni Iuliani respondent, a Iosepho nusquam commemorantur.

Deinceps si quaerimus, quae res gestae a Iosepho certis diebus appositis definiantur, haec reperimus:

Iosephus nusquam fere, ubi de suis popularibus solis loquitur, diem certum notat, ne tum quidem, ubi de rebus gestis agit, quae maximi momenti dignaeque sint, quae certis diebus appositis accurate circumscribantur. Quotiescunque Iosephus certum quendam diem commemorat, de iis fere rebus loquitur, quae ad Romanos pertinent.

Quo in genere hoc quoque animadvertendum est Iosephum nequaquam eam rationem instituere, ut gravissima potissimum facta, quibus imperium Romanum et natio Iudaeorum illustretur, certa dierum nota apposita definiat, contra per integras hebdomades res levissimas secundum kalendarium accurate descriptas exponere. Velut iter, quod Titus ex Aegypto in Palaestinam fecit, accurate per dies notat, cum idem neque commemoret quo tempore Nero, Galba, Otho interfecti sint, neque quo die imperium susceperint, neque Vespasianus quo tempore imperator factus quove in Aegyptum aut in Italiam profectus sit, quo die cum Tito Romae triumphum egerit, et quae sunt id genus alia.

Iosephus, ut paucis dicam, iis tantum locis certos dies notat, quibus de exercitu Romano ac de eius expeditionibus itineribus, operibus, oppugnationibus loquitur. Consideremus exempli gratia librum quartum, qui inde a. cap. 3 annum p. Chr. 69 continet, quo tanta tamque gravia facta gesta scimus: per quem annum fere integrum, quoniam legiones Iudaicae otium habebant, Iosephus quattuor modo locis inter novem capita longiora dies certos notat, quorum duo pertinent ad itinera exercitus Iudaici satis levia, unus ad civiles dissensiones, quae Hierosolymis ortae erant, quartus ad mortem Vitellii. Inde a capite tertio usque ad capts. 9, § 12 auctor bella civilia accuratissime describit quae ad sedandam rebellionem permultum valuerunt, sed in hac tota narratione rerum ne unum quidem diem nominatim commemorat, nisi quod Simonem tertio anno belli et mense quidem Xanthico Hierosolymis potitum esse tradit. Atque eam rationem in definiendis temporibus fere constanter adhibere solet, ut in gravissimis populi sui rebus gestis enarrandis praeter incertas significationes,

velut *»κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον«* vel *»ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις«* accuratas temporum notas nullas adscribat, quibus nos quasi obruere soleat, ubi de expeditionibus exercitus Romani loquitur. —

Quae cum ita sint res confecta videtur: Iosephum dico ad libros suos perficiendos iussu imperatoris Romani ephemerides et acta diurna castrorum exercitus Iudaici inspexisse et compilasse; quod ni ita esset, illa ratio, in qua Iosephus in describendis temporibus versatur, prorsus obscura esset. His vero exploratis nemo opinor posthac menses Iosephi Hebraicos esse contendet *). —

Postremo nomina mensium Syromacedonicorum et Iulianorum, qui cum iis congruunt, praeterea autem Hebraicorum, qui fere eadam temporis spatia complectebantur, sub uno conspectu ponere libet:

menses Syromac.	Rom. Iul.	Hebr.
Αὐδυναῖος.	Ianuarius.	Tebeth.
Περίτιος.	Februarius.	Schebat.
Δύστρος.	Martius.	Adar.
Ξανθικός.	Aprilis.	Nisan.
Ἀρτεμίσιος.	Maius.	Iiar.
Δαίσιος.	Iunius.	Sivan.
Πάνεμος.	Iulius.	Thamus.
Λῷος.	Augustus.	Ab.
Γορπιαῖος.	September.	Elul.
Ὑπερβερεταῖος.	October.	Thischri.
Δῖος.	November.	Marcheschvan.
Ἀπελλαῖος.	December.	Kislev.

*) Restat, ut unum commemorem: Iosephus (l. V, 7, 1) dicit Titum castra ante Hierosolyma posuisse *»τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνός.«* Quare si Xanthicus pari dierum numero decurreret cum Hebraico mense Nisan, dies 14. Xanthicus esset dies Paschatis; quod si ita fuisset, expectas, ni fallor, Iosephum in capite secundo aut tertio eiusdem libri, ubi narrat quomodo Romani. Hierosolyma appropinquaverint, expressis verbis affirmare oppugnationem urbis Davidis ipso die sanctissimo Paschatis coepisse. Neque tamen quidquam eiusmodi commemoratur; nempe Iosephus non mensem Iudaicum Nisan, sed Syromacedonicum Xanthicum intellegit, qui pari numero dierum cum Aprili anni Iuliani decurrebat.

Iam supra commemoravimus nomina mensium *Αὐδυναίου* et *Περιτίου* apud Iosephum desiderari; his mensibus legiones in hibernis collocatae erant, itaque rerum scriptor nihil habebat, quod de iis narraret. Ceterum nescio an aliquid ad hanc quaestionem etiam antiquissimorum codicum Flavii Iosephi auctoritas conferat, in quibus pro nominibus mensium Syromacedonicorum nomina Iulianorum scripta sunt, velut in Vaticano gr. 148 et Palatino gr. 284 quorum uterque saeculo XI. aut XII. conscriptus est *).

Quin etiam Hegesippus qui dicitur, quem exeunte saeculo quarto Iosephum expressisse scimus, pro nominibus mensium Syromacedonicorum Iulianorum substituit. Quae si recte disputavimus, loci illi Iosephi quos supra attulimus, haud scio an antiquissima testimonia kalendarii Syromacedonici sint, quo quidem ceterae rationes temporum, quae in Syria valebant, paullatim loco motae esse constat; vid. Ideler techn. chronologie I, p. 530 et 31. —

III.

Supplementa rerum gestarum imperatoris Titi secundum temporum ordinem dispositarum:

A. p. Chr. 39. Titus nascitur a. d. III. kal. Ian. anni p. Chr. 39.
30. Decb. cf. Suet. Tit. c. 1. Dio Cassius LXVI, 18. (Zonaras ann. XI, 18.) Aurel. Vict. epit. X, 15.

a. 55. Interest morti Britannici, filii imperatoris Claudii, ineunte anno 55.

a. 56. Tribunus militum in Germania et in Britannia versatur.
Adn. 1. Suet. Tit. 4. Plin. nat. hist. praef. § 3. Tacit. hist. II, 77.

a. 67. Ineunte anno 67. legatus patris legioni praepositus Alexandriam mittitur, unde duas legiones, V. et X. in Palaestinam contra Iudaeos ducit.
Suet. Tit. c. 4. Ioseph. bell. Iud. III, 1, 3 et 4, 2.

*) Codicum scripturam v. cl. Niese benignissime mecum communicavit: quo beneficio me in hoc libello scribendo haud mediocriter adiuvisse putandus est. Neque aliorum virorum doctorum ope destitutus fui, quam praedicare longum est.

Adn. 2. Vespasianus urbem Gabarorum (hodie Kupara?) incendio delet. Ios. ib. III, 7, 1.

16. 17. Idem Iotapata primum agmen ad iter muniendum
Mai. praemittit Ios. ib. III, 7, 3: *οἱ μὲν τέσσαρσιν ἡμέραις — τῇ πέμπτῃ δέ.* Ios. ib. III, 7, 33 et 8, 9: *τεσσαρακοστῇ μὲν ἡμέρᾳ καὶ ἑβδόμῃ* – ib. III, 7, 36: *Πανέμου νουμηνίᾳ.* —

4. Jul. A. d. IV. non. Iul. (*τῇ δὲ τρίτῃ*) aut V. non. Iul. Iosephus in potestatem Romanorum venit. Ios. ib. III, 8, 1 et 4.

29. Jul. Vespasianus, ab Agrippa Iudaeorum rege invitatus,
Adn. 3. comitante filio Tito Caesarea Maritima Caesaream Philippi (nunc Bâniyâs) proficiscitur. Ios. ib. III, 9, 7.

2. Aug. Intra quinque dies eodem pervenit. ib; Caesareae Philippi viginti dies moratur — ib. — Vespasianus, de defectione Tiberiadis (nunc Tabarîye) et Tarichaearum urbium certior factus Titum filium Caesaream Palaestinam mittit legiones Scythopolim traducturum;

29. 30. ipse eodem profectus filium Scythopoli exspectat, qui
Aug. copias suas cum patris coniungit. Ios. ib.

31. 8. Romani apud Sennabrim castra ponunt. ib.

1. Sept. Postero die Vespasianus Tiberiadem occupat. Ios. ib. III, 9, 8. Legiones prope a Tarichaeis (quae ad vicum Medidl sitae erant), castra muniunt. — Eodem die Iudaei munitiones Romanorum temptantes a legionariis repelluntur; repulsi in naves confugiunt, unde Romanis a litore lacus pugnantibus resistunt. Ios. ib, III, 10, 1.

2. 9. Titus hostium ordines ante muros collocatos perrumpit fugatosque in urbem compellit ib. III, 11, 5.

3. 9. Titus cum suis lacum perequitans oppidum invadit patremque arcessi iubet, qui nuntio allato cum universo agmine accedit et Tarichaeas terra circumcludit. Magna hostium pars scaphas et lintres ascendit. Ios. ib. III, 10, 5.

4.—6. 9. Postero die Romani rates iungere instituunt. Ios. ib. III, 10, 6.

7. 9. Rates confectas legionarii ascendunt et reliquias hostium copiarum pugna navali caedunt.

8. 9. Magna captivorum pars iussu imperatoris Tiberiade necatur. Ios. ib.

8.—24.9. Inde ab a. d. VI. id. Sept. usque ad a. d. VIII. kal. Oct. cetera oppida et castella Galilaeae deinceps sub potestatem Romanorum subiguntur; intra hos dies Titus a Vespasiano ad M. Licinium Crassum Mucianum missus est. Ios. ib. IV, 1, 5 et 1, 10. —

a. p. Chr. 69.

cc. 13. 1. Circa id. Ian. Titus a Vespasiano imperatori Galbae gratulatum in Italiam mittitur. Ioseph. ib. IV, 9, 2. Tacit. hist. II, 1. Suet. Tit. 5. Dio Cassius LXV, 8.

cc. 20, 1. Idem Corinthi nuntium interfecti Galbae accipit. Tacit. ib. — nave ad Rhodum et Cyprum, qua in insula oraculum Veneris Paphiae consuluit, appulsa per Syriam ad patrem redit. Tacit hist. II, 2–4. Ioseph. ib. IV. 9, 2. —

27. 6. A. d. V. kal. Iul. Vespasianus praesente Muciano, quem in monte Carmelo, confinio Palaestinae et Syriae, convenit, imperium populi Romani occupare constituit. cf. Tac. hist. II, 75—79. Ioseph. ib. IV, 10, 5.

Titus post a. d. V. non. Iul. a Muciano Caesaream redit. Tac. hist. IV, 7, 9. Suet. Vesp. 6.

22. 12. Tito una cum patre consulatus decernitur; eidem »Caesaris« et »principis iuventutis« tituli tribuuntur. Tacit. hist. IV, 3. Ioseph. ib. IV, XI, 4: *»ταῦτα μὲν οὖν τρίτῃ μηνὸς Ἀπελλαίου πέπρακτο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κ. τ. λ.«* —

A. p. chr. 70.

Adn. 4. Titus cum exercitu id. Mart. Alexandria profectus in Nilo flumine vehitur

15. 3. inde a Nicopoli usque ad

17. » Thmuim, quo a. d. XVI. kal. Apr. venit.

18. 3 A. d. XV. kal. April. pervenit Tanim,
19. » a. d. XIV. April. pervenit Heracleam,
20. » a. d. XIII. kal. April. pervenit Pelusium, ubi
21 + 22. a. d. XII et XI. kal. April. moratur;
23. » a. d. X. kal. Apr. ad Iovis Casii pervenit.
24. » a. d. IX. kal. Apr. apud Ostracinam castra ponit.
25. » a. d. VIII. kal. Apr. Rhinocorura venit.
29. » a. d. IV. kal. Apr. Raphiam, in Syriae primam urbem, venit.
30. » a. d. III. Apr. Gazam,
31. » prid. kal. Apr. Ascalonem,
1. Apr. kal. April. Iamniam,
2. » postrid. kal. April. Iapham,
3. » a. d. III. non. April. Caesaream Palaestinam pervenit.
4—9. April. Titus usque ad a. d. V. id. April. Caesareae moratus legiones copiasque sociorum disponit ordinatque. Ios. ib. V, 1, 6.
10. April. A. d. IV. id. April. Titus Caesarea proficiscitur cum legionibus duodecima et qinta decima, duobus millibus peditum e legionibus tertia et duodevicesima electis (cf. Tacit. hist. V, 1), tribus millibus militum Syriacarum legionum, auxiliis regum sociorum. cf. Ios. ib. V, 1, 6.
11. » A. d. III. id. April. Caesar Gophnam (nunc Diifna) pervenit. Ioseph. ib. V, 2, 1.
12. » Prid. id. April. pervenit Gabath-Saul, quae urbs 30 tantum stadiis Hierosolymis aberat. Ioseph. ib.
13. » Inde Titus cum sexcentis equitibus ad munitiones Hierosolymorum circumspiciendas procedit; subito autem prope a Psephina turri ab hostibus vehementer petitus et paene oppressus vix fuga se partemque suorum servat. Ios. ib. V, 2, 2.
14. » Postero die (μεϑ' ἡμέραν ἐκεῖϑεν ἄρας) Titus Ammaunte profectus legiones duodecimam et tertiam decimam septem stadiis ab Hierosolymorum urbe in Scopo colle, quintam decem stadiis a muris, decimam iuxta montem Olearium collocat. Ios. ib. V, 2, 3.

Hoc est initium obsidionis Hierosolymorum. Ios. V, 13, 7. Legionem decimam munitionibus exstruendis occupatam Iudaei eo loco vehementissime aggrediuntur. Titus ipse legioni auxilio venit et hostes repellit. Ios. ib. V, 2, 6. —
Caesar spatium illud, quod inter Scopum collem et monumentum Herodis intercedebat, aequari iubet. Ios. ib. V, 3, 2.
Dum haec geruntur, Ioannes Giscalenus templo Iudaeorum potitus zelotarum qui vocantur factionem opprimit. Ios. ib. V, 3, 1. Tacit. hist. V, 12.
17. Apr. Titus a. d. XV. kal. Mai. Iudaeos frustra ad urbem tradendam adhortatur. Ios. ib. V, 3, 3.
18. Apr. Postero die Iudaei complures legionarios iuxta turres, quae muliebres vocabantur, insidiis structis opprimunt. Ios. ib. —
19—22. 4. Campus inde a monumento Herodis usque ad muros a Romanis quattuor diebus aequatur Ioseph. ib. V, 3, 5.
23. Apr. Titus castris ad turres Psephinam et Hippicum promotis urbem Hierosolymorum commeatu intercludit. Ios. ib. V, 3, 5. Tacit. hist. V, 12.
24. Apr. Nicanor iussu Titi Iudaeos ad deditionem adhortatus a suis hominibus vulneratur. Ios. ib. V, 6, 2.
25 et 26. 4. Romani agros urbi finitimos devastant. ib; aggeres exstruunt; ib. Tacit. hist. V, 13. Dio Cass. LXVI, 4; muros arietibus frustra tentant. Ios. ib. V, 6, 2—4.
Iudaei eruptione facta ignem machinis operibusque Romanorum inferunt; Titus ipse in ea pugna duodecim hostes sua manu interficit. Ios. ib. V, 6, 5 et 6. Suet. Tit. c. 5. Eutrop, VII, c. 14.
7. Mai. Non. Mai. Romani per lacunam in muro septentrionali factam in urbem irrumpunt. Ios. ib. V, 7, 2; Dio Cass. LXVI, 5.
8—11. 5. Titus castris intra murum tertium et secundum positis murum medium statim tentat. Ios. ib. V, 7, 3. Dio Cass. LXVI, 5.

12. 5. Romani murum alterum vi arietum concussum expugnant (*ἡμέρᾳ πέμπτῃ μετὰ τὸ πρῶτον*) Ios. ib. V, 8, 1. Dio Cass. LXVI, 6.

12. Mai. Legiones aggeres ad oppugnandum murum tertium exstruere incipiunt. Ios. ib. V, 11, 4.

13. » Romani e muro medio expelluntur. Ios. ib. V, 8, 1.

15. 16. 17. Mai. Iudaei per dies tres (*τρισὶ μὲν ἀντέσχον ἡμέραις*) lacunam muri defendunt. Ios. ib. V, 8, 2.

17. Mai. Titus murum alterum iterum expugnatum demolitur. (*τῇ τετάρτῃ*) Ios. ib.

18. » Iosephus iussu Caesaris de deditione urbis cum suis hominibus frustra agit. Ios. ib. V, 9, 3.

29. » A. d. IV. kal. Iun. quattuor Romanorum aggeres confecti sunt. Ios. ib. —

30. » Ioannes Giscalenus cuniculis eos aggeres, quos Romani ante arcem iecerant, subruit. (*προσαγομένων δ'ἤδη τῶν ὀργάνων*). Ioseph. ib. V, 11, 4. Dio Cass. LXVI, 4.

1. Jun. Simon, princeps alterius Iudaeorum factionis, reliquos Romanorum aggeres igni delet Tito legionibus succurrente. (*μετὰ δὲ ἡμέρας δύο.*) Ios. ib. V, 11, 5. Dio Cass. LXVI, 4.

1. 2. Jun. Titus ducum consilio convocato Hierosolyma muro cingere et omni commeatu intercludere constituit.

5. Jun. Ios. ib. V, 12, 1. Murus tribus diebus conficitur. Ios. V, 12, 2.
Ioannes Giscalenus templum diripit. Ios. ib. V, 13, 7. Romani muro confecto novos aggeres exstruere coeperunt inde ab a. d. V. id. Iun. Ioseph. ib. VI, 1, 1 et 3. (*τὰ χώματα διήγειραν μιᾷ καὶ εἴκοσιν ἡμέραις — νουμηνίᾳ Πανέμου μηνὸς ἡ ἐπιχείρησις ἦν.*)

22. Jun. Vespasianus interea in Aegypto moratur, quo absente Romae a. d. X. kal. Iul. fundamentum templi Iovis Capitolini restituendi iacitur. Tacit. hist. IV, c. 53.

30. Jun. Aggeres post viginti unum dies prid. kal. Iul. conficiuntur. Ioseph. ib. VI, 1, 1 et 3.

1. Juli. Kal. Iul. pars muri tertii arietum vi concussa corruit. Ioseph. ib. VI, 1, 3.

3. » A. d. V. non. Iul. Sabinus Syrus per muri lacunam in arcem irrumpere conatus repellitur et necatur. cf. Ioseph. ib. VI, 1, 6. (*τρίτῃ Πανέμου μηνός·*)

5. » A. d. III. non. Iul. Caesar arcem Antoniam occupat. (*μετὰ ἡμέρας δύο.*) Ioseph. ib. VI, 1, 7.

7. » Non. Iul. Titus fundamenta Antoniae arcis subrui iubet. Ioseph. ib. VI, 2, 1 ssq. (pro »*Πανέμου δ'ἦν ιζ*' legendum videtur esse *Π. δ'ἦν ζ*').
Eodem die Iosephus iterum suos bomines ad deditionem frustra adhortatur, Ios. ib. Dio. Cassius LXVI, c. 5.
Sextus Cerealis templum nocturno tempore capere conatus a Iudaeis repellitur. Ioseph. ib. VI, 2, 5 seqq. Dio Cass. LXVI, c. 6.

13. Juli. Post laborem septem dierum fundamenta Antoniae subruuntur a. d. III. id. Iul. (*ἡμέραις ἑπτά.*) Ioseph. ib. VI, 2, 7.
Latus ad templum ascensus munitur; quattuor novi aggeres moliuntur. Ios. ib.

14. » Impetus Iudaeorum in legionem decimam factus retunditur Ioseph. ib. VI, 2, 8.

22. » Iudaei eam partem templi, quae Antoniam arcem attingebat, igni delent. Ioseph. ib. VI, 2, 9. Dio Cass. LXVI, c. 6.

24. » A. d. IX. kal. Aug. Romani proximam templi porticum diruunt. (*μετὰ δ'ἡμέρας δύο, τετράδι καὶ εἰκάδι τ. πρ. μ.*) Ios. ib. VI, 2, 9.

27. » A. d. VI, kal. Aug. Iudaei porticum templi meridionalem comburunt. Ios. ib. VI, 3, 1 (*ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι.*)

28. » A. d. V. kal. Aug. Romani porticum templi septentrionalem incendio delent. Ios. VI, 3, 2.

8. Aug. A. d. VI. id. Aug. legiones duodecima et quinta aggeres conficiunt. Ios. ib. VI, 4, 1. (*Λώου μηνὸς ὀγδόῃ*). —

8. » Romani scalis in muros ascendere conati multis suorum amissis repelluntur, quo facto Titus portas

templi accendi iubet. (*ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα τὸ πῦρ ἐπεκράτει.*) Ioseph. ib. VI, 4, 2.

8.9. Aug. Postero die (*τῇ δ'ἐπιούσῃ*) Titus ignem exstingui iubet; concilium ducum habetur. Ios. ib. VI, 4, 3.

10. Aug. Iudaei eruptione per portam orientalem facta fugantur. *τῇ δ'ἐπιούσῃ.*) Ios. VI, 4, 4. Eodem die templum a legionariis incensum igni consumitur. (*διεγνωκὼς τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ κ. τ. λ. — τοῦ δ' ἄρα κατεψήφιστο κ. τ. λ.*) — Ios. ib. VI, 4, 5—8.

11. Aug. Titus in monte Moriah a legionibus imperator salutatur. Ios. ib. VI, 6, 1. Dio C. LXVI, c. 7. Iussu Caesaris Romani urbem incendunt Ios. ib. VI, 6, 1: *πέμπτῃ*

17. Aug. *δὲ ἡμέρᾳ*; ib VI, 6, 3: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ.* —

18. Aug. Iudaei e tota urbe inferiore expelluntur (*τῇ δὲ ἑξῆς*) Ios. ib. VI, 7, 2.

20. Aug. Caesar ad expugnandam urbem superiorem aggeres exstrui iubet. Ios. ib. VI, 8, 1. cf. ib. VI, 8, 4. *συντετελεσμένων δ'ἤδη καὶ τῶν χωμάτων ἑβδόμῃ Γορπιαίου μηνὸς ἐν ιη' ἡμέραις. — Λώου μηνὸς εἰκάδι.*)

7. Sept. A. d. VIII id. Sept. Romani urbem superiorem expugnant. Ios. ib. VI, 8, 4.

Postero die tota Hierosolyma in potestate Romanorum sunt; Titus in urbem intrat. (*Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ*). Ios. ib. VI, 8, 5; VI, 9, 1. VI, 10, 1.

Hierosolymis funditus eversis Titus iter Caesaream Philippi facit, ubi magnam captivorum partem die

24. Oct. natali fratris Domitiani a. d. IX. kal. Nov. certaminibus gladiatoriis venationibusque opprimit. Ios. ib. VII, 3, 1. Clinton F. R. I. p. 82. Titus Caesarea Berytum (nunc Bêrût) proficiscitur, ubi diem natalem patris a. d. XV. kal.

17. Nov. Dec. celebrat. Ios. ib. VII, 3, 2. Clinton F. R. I, p. 66. Vespasianus interea mense Novembri Romam venit. Ios. ib. VII, 4, 1.

Beryto Titus per provinciam Syriam proficiscitur, fluvium Sabath (nunc Fuwâr ed Dêr, prope a Kal 'at

el Hösn) visit, per Antiochiam Zeugma (nunc Tschesme vel Zima) ad Euphratem iter facit, qua in urbe a legatis Vologesi, Parthorum regis, corona aurea donatur. Ioseph. VII, 5, 1—3. Philostr. Apoll. Tyan. VI, 29.

ante d. 30. dec. Titus Tarsi moratus cum Apollonio Tyaneo colloquium habet; certiorem facit Apollonium se a patre participem imperii esse designatum. Philostr. Ap. Tyan. VI, 30. (*ἐγὼ δὲ ἔτη μὲν τριάκοντα ταυτὶ γέγονα.*) —

A. p. Chr. 71.

Titus magnis itineribus per Antiochiam (Ios. ib. VII, 5, 2) et Hierosolyma in Aegyptum contendit. ib. VII, 5, 3.

Alexandria legiones quintam in Moesiam, quintam decimam in Pannoniam dimittit. Ios. ib. Idem apud Memphim »in bove Api consecrando diadema gestat« Suet. Tit. c. 5. Titus nave oneraria Alexandria profectus Rhegium, deinde Puteolos, tum Romam pervenit. Suet. Tit. c. 5. Ios. ib. VII, 5, 3.

Adn. 9. Titus tribunicia potestate ornatus particeps fit summae patris imperii. Suet. Tit. c. 6. Titus et Vespasianus comitante Domitiano triumphum de Iudaeis agunt. Ios. ib. VII, 5, 3. seqq. Suet. Tit. c. 5 et 8. Zonar. XI, 17.

Adn. 8. Titus praefecturam praetorii suscipit. Suet. Tit. c. 6. Plin. nat. hist. I, 1. Aurel. Vict. IX, 10: »annitente filio Tito, quem transgrediens in Italiam reliquerat extremae militiae moxque victorem praefectura praetorio extulerat«. Eiusd. epit X, 4.

Vespasianus et Titus templum Pacis aedificare constituunt. Ios. ib. VII, 5, 7: (*μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους καὶ τὴν βεβαιοτάτην τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας κατάστασιν κ. τ. λ.*

Machaerus urbs Peraeae, (nunc Mkaur) quae sola praeter Masada Romanis restiterat (Ios. ib. IV, 9, 9),

a Lucilio Basso, legato Augusti, expugnatur. Ios. ib. VII, 6, 4. Eckhel VI, p. 352: Titus imp. II. salutatur. —
Templum Iani a Vespasiano et Tito clauditur. Oros. VII, 9.

A. p. Chr. 72.

Titus propter victorias Q. Petillii Cerealis a Brigantibus reportatas imp. III. et IV. salutatur. Tacit. Agric. 8 et 17. Cohen, méd. imp. I »Titus« 193 (228): imp. III . pon . tr . pot . cos . II . ib. 238 (241): imp . III . pont. tr . pot . cos . II. —
Idem e senatusconsulto populo frumentum donat. Eckhel ib. p. 354. Clinton F. R. I. p. 61.

A. p. Chr. 73.

15. Apr. Masada, urbs Idumaeae superioris. (nunc Sebbe), quae
Adn. 5. eo usque Romanis resisterat, a Flavio Silva (no?) a. d. XVII. kal. Mai. expugnatur. Ios. ib. VII, 9, 1.
Titus propter hanc victoriam imp. V. salutatur. Eckh. VI, p. 354. — C. I. L. VI, 941: T . Caesari. aug . f . im . V . tr . pot . II.

A. p. Chr. 74.

Titus propter victoriam quandam a Petillio Cereali in Britannia partam imp. VI. appellatur. Eckh. VI, p. 354. Tacit. Agric. 17: »multa proelia, et aliquando non incruenta«.

A. p. Chr. 75.

Propter victorias Iuli Frontini a Silurum gente in Britannia reportatas Titus hoc anno imp. VII. VIII. IX. X. salutatur. Eckh. VI, p. 355. Tacit. Agric. c. 17.

A. p. Chr. 76.

Titus propter victoriam Frontini in Britannia partam imp. XI. salutatur. Tac. Agr. c. 17. C. I. L. VIII, 10116. imp . T . Aug . f . imp . XI . pontif . tr . pot . V . cos . V.

A. p. Chr. 77.

Adn. 6. Hoc anno Romae multa millia hominum pestilentia consumuntur. Suet. Tit. c. 8. Aurel. Victor. epit. 13, 14. Chronic. Paschal. p. 248, D. Hieron. chron. a. 2093. Oros. VII, 9.
Titus propter victoriam quandam Britannicam imperator XII. appellatur. Eckh. VI, p. 355/56. Tac. Agric. c. 17.

A. p. Chr. 78.

Titus iterum censura fungitur, Vespasianus abstinet. Eckh. VI, p. 355.
Titus ex Agricolae victoria ab Ordovicibus reportata imp. XIII. salutatur. Eckh. VI, 355.
Tacit. Agric. 18: »media iam aestate transgressus — quamquam transacta aestas.«

A. p. Chr. 79.

Coniuratio Caecinae, consularis viri (Tac. hist. I, 52, 53, 67 al. loc.) et Eprii Marcelli (Tac. hist. IV, 6, 8; dial. de or. 8; ann. 12, 4, al. loc.) a Tito opprimitur.
Titus propter victoriam Britannicam Agricolae imp. XIV appellatur. Eckh. VI, 356. Tacit. Agric. 18. C. I. L. VI, 942.
Adn. 7. Berenice, Agrippae regis soror, Romam redit. Dio Cass. LXVI, c. 18: (*καὶ τῆς Βερενίκης εἰς Ῥώμην αὖθις ἐλθούσης*). —
Titus post kal. Iul. propter victoriam Agricolae a Britannis reportatam imp. XV. salutatur. Dio C. LXVI, 20: »*καὶ ἀπ' αὐτῶν ὁ μὲν Τίτος τὸ πεντεκαιδέκατον αὐτοκράτωρ ἐπεκλήθη*«. Eckh. VI, p. 356. -
Titus edictum dat, ut e bonis eorum, qui eruptione Vesuvii oppressi essent, neque heredes eorum exstarent, civitates damno affectae restituantur. Suet. Tit. 8. Aurel. Vict. epit. X.

A. p. Chr. 80.

Titus ad circumspiciendam et resarciendam calamitatem urbium afflictarum in Campania moratur. Dio C. LXVI, 24: »*πῦρ δὲ δὴ ἕτερον τῷ ἑξῆς ἔτει πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης, τοῦ Τίτου πρὸς τὸ πάθημα — ἐκδημήσαντος, ἐπενείματο.*

Tito absente Romae incendium oritur. Dio Cass. ib. c. 24. Suet. Tit. 8. Aurel. Vict. epit. X. Oros. VII, 9. Agrigola Britanniam usque ad Taum aestuarium populatus in devastatis subactisque regionibus hiemat. Tac. Agric. 22: »tertius expeditionum annus«.

Propter has res prospere gestas Titum imperatorem XVI. et XVII. appellatum esse verisimile est. Tacit. Agric. 23. C. I. L. VI, 944: pontif. max. trib. pot. X. imp. XVII. (c)os. VIII. p. p. principi. suo.

A. p. Chr. 81.

Agricola regiones inter Clotam (nunc Frith of Clyde) et Bodotriam (nunc Frith of Forth) sitas castellis et praesidiis firmat. Tac Agric. 23: »quarta aestas«

13. Sept. Titus in finibus Sabinorum in aquis Cutiliis diem supremum obit. Suet. Tit. c. 11. Dio Cass. LXVI, 17 et 26. Eutrop. VII, 20. Aurel. Vict. eiusd. epit. X, 15. Zonar. ann. XI, 18. —

Adnotationes.

Adn. 1: Suet. Tit. 4: »Tribunus militum et in Germania et in Britannia meruit«. Quum filii senatorum et equitum Romanorum inde ab Augusti temporibus tribuni militum militiam adire soliti sint (Suet. Octav. c. 38), itaque hoc munere iam ab anno aetatis decimo septimo fungantur, nihil obstare videtur, quominus Titum iam inde ab anno p. Chr. 56 in Germania versatum esse censeamus. —

Ceterum etiamsi concedendum est tribunos militum imperatorum temporibus non tam administrationi militari et bellis gerendis, quam rebus provincialibus operam dedisse, tamen satis causae videtur esse, cur Titum si non in Germania, ubi tum pax erat (Tacit. ann. XIII, 53.) at certe in Britannia pugnis et bello interfuisse putemus, quippe qui postea »ex quaesturae honore legioni praepositus« ducem haud spernendi ingenii bello Iudaico sese praestiterit. (Ceterum cf. Tac. hist. II, 77: »capax iam imperii alter, et primis militiae annis apud Germanicos quoque exercitus clarus)«.

Adn. 2: Mirum esset, si Vespasianus castris ante Gadara in media Peraea sita positis (Ios ib. III, 7, 1 »*τῇ πόλει τῶν Γαδαρέων ἐπελθών*) inde recta via, nullis aliis urbibus aut vicis per iter perstrictis Iotapata Galilaeae venisset; quare probabile videtur pro *Γαδαρέων* legendum esse *Γαβαρέων*; Gabara enim Galilaeae non longius milibus passuum X. Iotapatis afuisse potest. Ceterum: hoc loco re vera Gabara, non Gadara Iosephum scripsisse dilucide ex eiusdem auctoris l. IV, 7, 3 apparet, ubi Gadara, caput Peraeae, a. d. IV. non Mart. anni 68 a Romanis occupata traduntur, quae urbs mense Maio anni 67 ferro et igni devastata fertur! —

Adn. 3: Quibus temporum spatiis ea, quae Iosephus inde a cap. IX, 7 usque ad cap. X, 10 narrat, gesta sint, nisi ab iis, quae postea acciderunt, profecti per gradus ad priora redimus, demonstrare non possumus. Temporum ordo hic sit

1) Die VII. mensis Gorpiaei, i. e. Septembris Iudaei proelio navali in lacu Genesar devincuntur, postridie eius diei, quo

incolae Tarichaearum Tiberiade a Romanis capiuntur. Ioseph. ib. III, 10, 10. —

2) In ratibus aedificandis Romanos triduum consumpsisse faciamus, i. e. eius mensis dies VI, V, IV.

3) Pridie eius diei, quo Romani rates aedificare instituunt, i. e. die III. eius mensis Titus in urbem Tarichaearum irrumpit. (ib. c. 10, 6: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ*.). —

4) Pridie eius diei, i. e. postridie kal. Sept. copias Iudaeorum, quae ante urbem collocatae erant, a Titi equitatu fugatos esse volo (ib. c. 10, 5); verisimile mihi non videtur eodem die (i. e. a. d. III. non Sept.) bis esse pugnatum.

5) Sine dubio Romani iam postridie, quam Tarichaeas venerunt, Iudaeos aggressi sunt, unde sequitur castra ante urbem kal. Sept. munita eodem die a Iudaeis frustra temptata esse. Ios. ib. c. 10, 1.

6) Romani, antequam ad Tarichaeas accesserint, unum diem quieti post Tiberiadem occupatam dedisse putandi sunt; fuit igitur haec pugnarum intermissio prid. kal. Sept. —

7) Tiberiadem Romani post biduum occupant. (ib. 9, 8: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ*, scil. quam ad urbem pervenerunt) castra igitur prope urbem posuerunt a. d. IV. kal. Sept. ib. 9, 7.

8) In § VII. capit. IX. Titum a patre Caesaream Philippi Palaestinam missum esse legimus; idem Caesar Scythopolim proficiscitur, ubi patrem invenit, quocum a. d. IV. kal. Sept., ut supra demonstravimus, ad Tiberiadem pervenit. Caesarea Philippi (nunc Bâniyas) autem Caesareâ Palaestinâ (nunc Kaisariŷe) distat milibus passuum cc. LXXXV.

Caesarea Palaestina Scythopoli (nunc Beisân)	»	XXXV.
Scythopolis Sennabri (prope Tiberiad.)	»	XV.
Quibus collectis efficiuntur milia passuum	cc.	CXXXV.

Cum autem verisimile non sit Titum illo tempore anni plus XX miliariis quotidie esse permensum, haud facile ille post a. d. XI. kal. Sept. Caesarea Philippi excessisse potest.

9) Vespasianus viginti dies Caesareae Philippi moratus est. (Ios. ib. c. 9, 7); itaque si a. d. XI. aut. X. kal. Sept. Caesaream reliquit, postridie aut a. d. III. non. Aug. eo venisse putandus est. —

10) Caesarea Philippi Caesareâ Palaestinâ dierum IV vel V spatio, ut supra demonstravimus, abest; Vespasianus igitur sub a. d. IV. kal. Aug. ab hac urbe profectus videtur esse; unde apparet eum in ora maritima fere totum mensem Iulium moratum esse: pervenit enim Ptolemaidem a. d. IV. non. Iul. cf. Ios. ib. III, 9, 1. —

Adn. 4: Inde ab eo die, quo Vespasiano Alexandriae degenti mors Vitellii nuntiatur, usque ad diem VII. mensis Artemisii, i. e. a. d. VII. id. Mai. apud Iosephum certae mensium dierumque singulorum definitiones desiderantur. (Ios. ib. IV, 11, 5 — V, 7, 2). Nam diem XIV. Xanthici solaris, qui est in Ios. V, 3, 2, eo loco recte non legi et pro XIV alium quendam numerum ponendum esse supra (pag. 7) demonstravimus. — Itaque ab a. d. VII. id. Mai. profecti res a Tito gestas deinceps retro persecuti sumus et temporibus accommodavimus ita ut rebus gestis brevissima quaeque temporis spatia attribueremus.

Adn. 5: Si ea quae Iosephus capite VII. libri VII. enarrat, temporum ordine iis antecedunt, quae capp. VIII. et IX. traduntur, Masada a. d. XVII. kal. Mai. a. 73. expugnata est. Commagene enim provincia Romana facta est a. p. Chr. 72. cf. Ios. ib. VII, 7, 1: »*ἤδη δ' ἔτος τέταρτον Οὐεσπασιανοῦ διέποντος τὴν ἡγεμονίαν κ. τ. λ.*«.

Adn. 6: Pestilentiam, quam Suetonius Tit. c. 8 aliique rerum scriptores commemorant anno p. Chr. 77. fuisse ex hac quoque re coniici posse existimo: inter nummos, quos Eckhel VI, p. 356. annorum 77. et 78. descripsit, sunt, qui censoris titulum exhibeant, qui inde ab anno 74 in nummis desideratur. Pestilentia autem secundum Eusebii testimonium tam perniciosa fuit, ut circa decem milia hominum singulis diebus morerentur. Sine dubio igitur praeter ceteros tantus senatorum equitumque numerus morbo consumptus est, ut nova cooptatione censoria opus videretur, quem ad finem Titus iussu patris iterum censuram suscepit, qua Vespasianus ipse abstinuit (Eckh. VI, p. 336), ut odium civium, si quod oreretur, evitaret. Cum autem pestilentiae in Italia aliisque regionibus meridionalibus plerumque mense Augusto oriantur, qui mensis etiam commemoratione interitus Herculanei et Pompeiorum significari videtur, post quem illa lues initium cepisse falso traditur (Dio Cass. LXVI, 23: *ὕστερον κ. τ. λ.*) et cum morbum illum iam eodem anno 77. omnino desiisse probabile non sit, Titum censura non anno 77, sed 78. functum esse existimo.

Adn. 7: Berenicen reginam etiam tum cum Tito vixisse, cum iam imperator factus esset, et Suetonius (Tit. c. 7) et Dio Cassius (LXVI, 15) testantur: hic, cum Berenicen a Tito dimissam esse tradat, postquam narravit Parthos a Vespasiano frustra auxilium petivisse contra gentes quasdam, qui tum in eorum fines irrupissent — illae gentes autem Alani fuerunt, qui provincias Romanas orientales anno 73. invaserunt (cf. Ios. ib. VII, 7, 1: *ἤδη δ' ἔτος τέταρτον Οὐεσπασιανοῦ διέποντος τὴν ἡγεμονίαν* et ib. § 4.) — ille, cum inter vitia, quibus Titus post aditum imperium inserviverit, etiam inhonestum amorem Berenices

commemoret. Quaeritur igitur, quo tempore Titus reginam dimiserit, quae post mortem Vespasiani anno 79 iterum Romam venit. (Dio Cass. LXVI, 18) Equidem hoc factum esse putaverim paullo ante initam censuram, i. e. ante mensem Aprilem anni 73. (cf. Chambalu »de magistratibus Flaviorum« Bonnae 1881 p. 19). Nimis sine dubio a dignitate muneris censorii alienum fuisset, quam Cicero »sanctissimum magistratum« et »magistram pudoris et modestiae« appellat, si censor ipse (»qui mores populi regito, probrum in senatu ne relinquito« Cic. de leg. III, 3, 7) paelicem Iudaicam domi habuisset. —

Adn. 8: Quo tempore Titus praefecturam praetorii susceperit, accuratius haud facile cognoscitur. Cum Vespasianus imperium adiret, illo munere praeerat Arrius Varus (Tacit. hist. IV, 2) qui anno 70 praefectura praetorii privatus praefectus annonae factus est (cf. Hirschfeld: »Untersuchungen« etc. p. 220 sqq.) Arrio Varo successit M. Arrecinus Clemens, frater uxoris Titi, idemque non tam huic, quam Domitiano amicus (Tacit. hist. IV, 68. Suet. Domit. 11; Friedländer »Darstellungen etc.« p. 206. — O. Hirschfeld ib. —) Arrecinus Clemens postea, anno 73 et Domitiano imperante, bis consulatu functus est (cf. Friedländer ib. —) Verisimile est eum propter ipsam Domitiani amicitiam Tito non satis fidum visum esse, qui munus tanti ponderis retineret, ob eamque causam Titum ipsum praeter usum atque consuetudinem (Suet. Tit. 6) praefecturam praetorii suscepisse.

Adn. 9: Chambalu (»de magistrat. Flaviorum« p. 29 seqq.) variationem titulorum Titi ad aemulationem, quae inter Vespasianum et Titum intercesserit, referendam existimat. Cui sententiae assentiri non possum. Nam inde ab eo tempore, quo Titus Italiam rediit, talis suspicionis exemplum a rerum scriptoribus non solum traditum non est, sed etiam contraria testimonia saepius exhibentur; veluti Suet. Tit. 5 ex. et 6. Philostr. Ap. Tyan. VI, 30: *ἐγὼ δὲ ἔτη κ. τ. λ.* Dio C. 66, 16.

Ceterum cur remotiora quaeramus, cum res multo simpliciorem explicationem admittat? Quid mirum, quod in his aut illis nummis et marmoribus ordo titulorum non verbo tenus idem est atque in aliis, quum condicio alterius imperatoris et participis summae potestatis ipsa tam nova et inaudita fuerit, ut errores in ordinandis titulis vitari vix possent? Titus enim eadem fere potestate praeditus erat ac pater; itaque mirum non videbitur, ab hominibus paullo imperitioribus ei eosdem honores, quin etiam pontificatum maximum et Augusti nomen tributa esse ac patri Vespasiano.

Adn. 10: Iosephus et Tacitus, quomodo Vespasianus imperator factus sit, ita tradunt, ut, ubi probabilem ordinem in eorem narrationibus rerum constituerimus, facile appareat hos duos rerum scriptores inter se consentire. Ordo autem ita est constituendus:

1) Vespasianus Caesareae nuntio accepto Vitellium imperatorem factum esse exspectat, quid eventurum sit:

Ios. IV, 10, 2: *Οὐεσπασιανὸς δὲ — ἀκούει τὰς τατὰ τὴν Ῥώμην ταραχὰς καὶ Οὐιτέλλιον αὐτοκράτορα κ. τ. λ.* Tacit. hist. II, 74: At Vespasianus bellum armaque et procul vel iuxta vires circumspectabat.

2) Militibus horstantibus, ut imperium accipiat se ita facturum promittit:

Ios. ib. 10, 3: *συνιόντες δὲ οἵ τε ἡγεμόνες καὶ οἱ στρατιῶται καθ' ἑταιρίαν, φανερῶς ἤδη μεταβολὴν ἐβουλεύοντο κ. τ. λ.* ib. 10, 4: *καὶ παρακροτήσαντες ἀλλήλοις ἀναγορεύουσι τὸν Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορα κ. τ. λ. — τελευταῖον, ὡς οὐκ ἔπειθεν, εἶκει τοῖς ὀνομάσασιν.* —

3) Tum demum in montem Carmelum, qui in confinio Palaestinae et Syriae situs erat, proficiscitur, una cum Muciano consilia capturus; hic quoque et duces militum Syriacorum adhortantur eum ad agendum:

Tacit. hist. II, 76: his pavoribus nutantem et alii legati amicique firmabant, et Mucianus post multos secretosque sermones, iam et coram ita locutus est — ib. 78: est . . . Carmelus etc. Ioseph. IV, 10, 5: *προτρεπομένων δὲ αὐτὸν ἤδη Μουκιανοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων εἰς αὐτοκράτορα, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς κ. τ. λ.* —

4) Vespasianus accipere iam imperium constituit sed antea auxilium Tiberii Alexandri explorare vult:

Tacit. II, 79: Haud dubia destinatione discessere.
Ioseph. IV, 10, 5: *αὐτὸς πρῶτον τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας εἴχετο πραγμάτων.*

5) Vespasianus Tiberio Alexandro de ea re citum nuntium mittit:

Ios. IV, 10, 6: *ἐπιστέλλει δ'οὖν εὐθὺς τῷ διέποντι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Τιβερίῳ Ἀλεξάνδρῳ.*

6) Mucianus Antiochiam redit, Vespasianus Caesaream proficiscitur:

Tac. hist. II, 79: discessere: Mucianus Antiochiam, Vespasianus Caesaream.

7) Tiberius Alexander legiones in nomen Vespasiani statim kal. Iul. iurare iubet:

Tacit. ib. 79: Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum, festinante Tiberio Alexandro, qui kal. Iul. sacramento eius legiones adegit.

Ios. ib. 10, 6: *Προαναγνοὺς δὲ τὴν ἐπιστολὴν Ἀλέξανδρος, ἅμα προθύμως τά τε τάγματα καὶ τὸ πλῆθος εἰς αὐτὸν ὥρκωσεν.*

8) Exercitus Iudaicus a. d. V. non. Iul. Vespasiano sacramentum dicit:

Tacit. ib. c. 79: quamvis Iudaicus exercitus V. non. Iul. apud ipsum iurasset.

Ex iis, quae composuimus, apparet testimonia horum duorum scriptorum plane inter se consentire seque invicem supplere, unde sequitur ea, quae ad hanc rem pertineant, notiora fuisse inter aequales, quam quae facile corrumperentur atque adulterarentur.

Cum vero spatium quod inter Carmelum et Alexandriam intercedit, itinere per duodecim horas in urbe Port Said intermisso, duobus et dimidio vel tribus diebus facile conficitur, celox, postquam duces Romani a. d. VI. kal. Iul. consilia sua ceperunt, mane a. d. V. kal. Iul. profecta esse putanda est. Contra apparere videtur legiones Iudaicas tum demum sacramento rogatas esse, cum nuntius Alexandri Tiberii (Alexandria) Caesaream pervenisset, id fuit a. d. V. non. Iul. a. p. Chr. 69. —

Marburg. Universitäts-Buchdruckerei. (R. Friedrich.)